



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Recollectio Spiritvalis

Masen, Jacob

Coloniae Agrippinae, 1691

Capvt X. De Repetitione Meditationum utiliter instituenda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60213)

dum ratio & affectus finent. Absolutâ porro horâ, quod ex oratione reliquum erit, cursim recitabitur, & colloquio, ad personam quam spectabat oratio, unâ cum gratiæ, aut virtutis alicujus petitione, instituto, finiemus. En alterum orandi modum Meditationi quoque assignem, qui per quotidianas preces, vim sensumque illarum magis penetrandum, magno fructu instituetur.

3. De simili
preca-
tione
strictius
per singu-
la suspi-
ria evol-
venda.

Tertius orandi modus, priori non dissimilis at strictior, eâdem præparatione mentis præviâ, singula verba, aut sensus orationis Dominicæ breviter, velut per singulas respirandi vices, transmittit, expensâ interim, vel significatione vocis, vel personæ ad quam spectat dignitate, vel mea ipsius vilitate, vel utriusque etiam differentia. Concludi denique hic, & superior orandi modus secundus poterit, per alias quasdam preces ordinarias celerius decursas: ut si *Pater noster* per suspiria expensum sit, addatur, *Ave Maria, Credo, Anima Christi, & Salve Regina*, velut loco colloquii.

CAPVT X.

De Repetitione Meditationum utiliter instituenda.

*Repetitio
quandoq;*

Observavit etiam D. IGNATIUS utiliter quarundam Meditationum, atque illa-

EXERCITIOR. SPIRITUAL. 37

illarum imprimis partium, in quibus gustus fructusque major fuit, institui repetitionem.

Est autem *Repetitio quaedam eorum ruminatio, quae prius meditata sum; ut ea continuo reminiscendo discurrat facilius intellectus sine divagatione.* In hac autem Repetitione tam praeludia, quam colloquia, usitato more instituntur. Hoc solum discrimen est: primo quidem, quod omittantur puncta & argumenta minus quemque moventia: secundo, quod discursus minus prolixè, ut in re jam utcumque nota, instituat, sed plus indulgeatur affectui. Unde tertio plura etiam colloquia inducuntur; ut magis animus in proposita pietate firmetur, & gratia ad hoc divina instantius urgeatur. Primum colloquium ad Matrem Christi, ejus apud Filium intercessionem, & gratiam vitae emendandae necessariam petendo: alterum ad Christum Mediatorem, ut Patrem ad hanc impetrandam flectat: tertium ad Patrem, ut exaudiat, dirigetur. Post primum, *Ave Maria*; post alterum, *Anima Christi*: post tertium, *Pater noster*, recitabitur.

Has ego repetitiones, pro diebus singulis, aut alternis, si libeat, instituendas, non subjeci Meditationibus, cum formari ex eis à quolibet possint, earumque judicium penes Meditatore ac Directorem maximè censeam relinquendum. Quod hi ex qualitate personarum & Meditantium successu, haec optimè queant constituere.

C 3. CAPUT

utilis.
Ex 3. &
4. Exerc.
heb. 1.

Affectibus
& Collo-
quijs hic
plus indul-
gendum.

et alio
clio
M. G. M.
S
V
M

orro
rfum
uam
utis
a al-
e af-
sen-
gno
nilis
ora-
Do-
undi
fig-
ctat
que
su-
a-
ur-
fit,
isti
ter
ili-
que
lla-